



Vilhelmus ex nobili familia Masbachiorum
 apud Vuirtenbergicos natus, & in omni ge-
 nere uirtutum educatus est. Is à pueris operam lite-
 ris dedit, & earum sibi mediocrem usum compara-
 uit. Postea quoq; militaribus studijs & rebus poli-
 ticijs adeò exercitatus fuit, ut passim in magna exi-
 stimatione esset. Id cum prudentissimus princeps
 Vuirtenbergensis Huldricus cognouisset, eum in-
 ter consiliarios admisit, & res magnas hinc inde in
 comitijs Imperij suo nomine expedire iussit. quæ
 etiam ille diligenter pro sua prudentia præstitit. Ita-
 que cum 1545 Carolus Imperator Spiram uenisset,
 atq; uicinos principes, cum Philippo Lādgrauio,
 & Eriderico Palatino ad se uocasset, Vuilhelmus quoq; à suo principe eò mis-
 sus fuit. In eo loco Masbachijs multa cum Granuellano & Nauio egit, atque
 etiam in præsentia reliquorum principum coram Cæsare de rebus Imperij pru-
 denter disseruit, ita ut alij eius faciendam, & in sermone grauitatem admiraren-
 tur. Postea quoq; in bello Smalkaldico suam stationem egregiè defendit, &
 tandem à suo principe iussus, arcem creditam hosti concessit, ut in ea regione
 pax recuperaretur. Itaque factum ut Vuilhelmus ob multarum rerum u-
 sum, atq; magnam corporis & animi fortitudinem passim conspi-
 cuus fuerit. Sleid,